

# VITALIANUS ORGANA PNEUMATICA IN TEMPLA INDUCIT.

## EPIGRAMMA

Asfucta agresti carmine iacuerant diu  
Delubra nondum docta formare ad pios  
Metalla cantus: nulla vox adhuc choris  
Audita prificis,iunūa pncumaticis modis  
Primus canoro ductilis plumbi finus

Implere doctus Spiritu, novum sacris

V I T A L I A N U S addidit Templis melos.

Non haec secundis omnia auspicijs carent.

Norat Nepotum germen in Divos brevi

De gente ad aras esse referendum sua,

Meritosq; generi iam ante concentus dedit.

*Io. Agelus Porrus Acad. Anim.*

## ALIUD

VIX rude delubris refonarat carmen,& aeris

Nulla erat humanum vox imitata melos;

AEmula vocali sequitur nunc sistula cantu,

Seq; cient paribus voxq;, manusq; modis.

Scilicet has artes Antistes contulit aris ,

Qui vel iners metro plumbi animavit onus.

Tam rude qui potuit cantu informare metallum,

Quarn bene mox homines erudijsse potest.

*Alexander Cruceius Acad. Anim.*